

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum in diuinis sit generatiua potentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. II. DE POTEN. DEI, ARTIC. I.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in diuinis sit potentia generativa.

Prima pars.
q.41. art. 4.
Et. 1. dicitur.
q.41. art. 2.

Cap. 1. ante
media m.

QVAESTIO est de potentia generativa in diuinis. Et circa hoc primo q̄ritur, utrū in diuinis sit generativa potentia. Et ut q̄ non. Ois. n. potentia uel est actiua uel passiva: sed in diuinis non potest esse potentia passiva, nec ibi generativa potentia potest esse actiua: quia sic filius esset actus uel factus, qd est cōtra fidē. ergo in diuinis nō est potentia generativa. ¶ 2 Pr̄t. Secundum Philos. in lib. de somno & uig. Cuius est potentia, eius est actio: sed generatio non est in diuinis: ergo nec generativa potentia. probatio media. Ibi cunque est generatio, ibi est communicatio naturae & receptio eiusdem. Sed cum recipere sit materiae uel passiuae potentia, q̄ in diuinis non est, receptio Deo competere non potest. ergo in diuinis non potest esse generatio. ¶ 3 Pr̄t. Generans oportet esse distinctum a genito, non autem s̄m illud, quo generans cōicat genito, quia in hoc potius conueniunt. ergo debet esse in genito aliud ab eo quod est sibi p̄ generationem cōicatum. Et ita oportet omne genitum esse compositum: ut uidetur. In diuinis autē non est aliqua compositio. ergo non pōt est genitus Deus: & sic nō est ibi generatio: & ita ut prius.

¶ 4 Pr̄t. Nihil imperfectionis est Deo attribuendum. Sed ois potentia respectu sui actus, imperfēcta est, tam actiua q̄ passiua. ergo pōtēta generativa in Deo ponenda non est. Sed dicit r̄ndens, q̄ hoc est uerum de potentia non coniuncta actui. ¶ 5 Sed contra. Omne quod perfectitur per alterū, est minus perfectum eo, per quod perfectitur. Sed potentia coniuncta actui perfectitur per actum. ergo actus est ea perfectior: & sic etiā potentia actui coniuncta, respectu actus imperfecta est.

¶ 6 Pr̄t. Natura diuina est efficacior in agendo q̄ natura creata. Sed in creaturis inuenitur natura alii qua quae non operatur per aliquam potentiam medium, sed per seipsum: sicut Sol illuminat aerem, & anima uiuiscat corpus. ergo multo fortius diuina natura non per aliquam potentiam, sed per seipsum est principium generationis: & ita in diuinis non est ponenda potentia generativa.

¶ 7 Pr̄t. Generativa potentia, aut attestatur dignitati aut indignitati. Non autem attestatur dignitati, quia sic in superioribus creaturis esset magis q̄ in infimis. s. in angelis & celestibus corporibus. magis uel potius quam in aīalib. & in plantis. ergo attestatur indignitati: & sic non est in Deo ponēda, ¶ 8 Pr̄t. In reb. inferiorib. duplex inuenitur generativa potentia, s. completa: ut in his quorum generatio est per sexum commixtionem: & incompleta, quae est sine sexuum commixtione, ut in plantis. Cum ergo completa Deo nō attribuatur, quia non pōt nisi in diuinis sexuum commixtio, uidetur q̄ nullo modo sit ibi potentia generativa.

¶ 9 Pr̄t. Sub potentia non cadit nisi possibile, cū potentia respectu possibilis dicatur. Sed generatio nem esse in diuinis, non est possibile uel contingens, cum sit aeternum. ergo respectu eius, potentia in diuinis dici non potest, & sic non est ibi generativa potentia.

¶ 10 Pr̄t. Potentia Dei cum sit infinita, non finitur, neque ad actum, neque ad obiectum. Sed si sit in Deo potentia generativa, eius actus erit generatio, effectus vero filius. ergo potentia patris non

A se habebit tantum ad unum filium generandum, sed ad plures, quod est absurdum.

¶ 11 Pr̄t. Secundum Auicen. quando res aliqua habet aliquid tantum ab altero, ei secundum te cōfiderata, attribuitur oppositum eius: sicut aer qui non habet lumen nisi ab alio, secundum te cōfideratus, est tenebrosus. Et per hunc modum omnes creature quae habent ab alio esse, ueritatem, & necessitatē, s̄m se cōfiderant, sunt nō entes, false, & impossibilis: sed nihil itale potest esse in diuinis. ergo non pōt ibi esse aliquis, qui tñ habeat esse ab altero, & ita non potest ibi esse aliquis genitus, & per consequens nec generatio, nec generativa potentia.

¶ 12 Pr̄t. In diuinis filius non habet aliquid, nisi quod a patre accipit, aliter sequeretur quod esset ibi compositio: sed a patre accipit essentiam. ergo in filio non est nisi essentia. Si ergo est ibi generatio, uel filius est genitus, oportebit essentiam esse genitum, quod est falsum: quia sic essentia distinguatur in diuinis.

¶ 13 Pr̄t. Si pater generat in diuinis, oportet q̄ ei conueniat secundum suam naturam: sed eadem est natura in Patre, & Filio, & Spiritu sancto. ergo eadem ratione & Filius, & Spiritus sanctus generaunt, quod est contra fidē documenta.

¶ 14 Pr̄t. Natura, qua perpetuo & perfecte in uno supposito inuenitur, non cōicatur alteri supposito: sed natura diuina perfecte inuenitur in patre & perpetuo, cum sit incorruptibilis. ergo alteri supposito nō cōicatur, & ita nō est ibi generatio. ¶ 15 Pr̄t. Generatio est species mutationis: sed in diuinis non est aliqua mutatio. ergo nec generatio. ergo nec generativa potentia.

CONTRA. Secundum Phil. in 4. Metaph. Perfectum unumquodque est, quando potest alterum tex. 19. facere quale ipsum est: sed Deus pater est perfectus. ergo potest alterum tales facere qualis ipse est, & sic potest filium generare.

¶ 16 Pr̄t. Aug. dicit, q̄ si pater generare non potuit, impotens tuit: sed in Deo nullo modo est in potentia. ergo potuit generare, & sic est ibi potentia generandi.

RESPON. Dicendum, quod natura cuiuslibet actus est, quod seipsum communicet quantum possibile est. Vnde vnumquodq; agens agit s̄m quod in actu est. Agere vero nihil aliud, est quām communicare illud, per quod agens est actu, secundum quod est possibile: natura autem diuina maxime, & purissime actus est. Vnde & ipsa seipsum communicat quantum possibile est. Communicat autem seipsum per solam sui similitudinem creaturis, quod omnibus patet. Nam quālibet creatura est ens secundum similitudinem ad ipsam: sed fides catholica etiam alium modum communica rationis ipsius ponit, prout ipsamet communicatur communicatione quasi naturali: ut sicut ille, cui communicatur humanitas, est homo, ita ille, cui communicatur deitas, non solum sit Deo similis, sed vere sit Deus. Oportet autem circa hoc aduertere, quod natura diuina a formis materialibus in duobus differt. primo quidem per hoc, quod forme materialis non sunt subsistentes. a vnde humanitas in homine non est idem quod homo qui subsistit, deitas autem est idem quod Deus. Vnde ipsa natura diuina est subsistens. Aliud est, q̄ nulla forma, vel natura creata est suum else, d̄ sed ipsum esse Dei est eius natura & quidditas. & inde est, q̄ proprium nomine ipsius est, qui est, ut patet Exo. 3.

Lib. 3. cont.
Max. cap. 7.
fin.

D. 460.

D. 1147.

D. 461.

quia

QVÆST. II. DE POTEN. DEI; ARTIC. I.

quia sic denominatur, quasi à propria sua forma. Forma ergo in illis inferioribus, quia per se non subsistit, oportet q̄ in eo, cui communicatur, sit aliquid aliud, propter quod forma uel natura subsistentiam recipiat. & haec est materia que subsistit formis materialib. & naturis. Quia uero natura materialis uel forma, nō est suum esse, recipit esse per hoc, quod in alio subsicpit. A Vnde fīm q̄ in diuersis est, de necessitate habet diuersum esse, unde humanitas non est una in Sorte & Platone fīm esse, quamvis sit vna secundum propriam rationem. In communicatione uero, quia diuina natura communicatur, quia ipsa est per se subsistens, nō requiritur aliquid materiale, per quod subsistentiam recipiat. Vnde non recipitur in aliquo quasi in materia, ut sic genitus ex materia & forma inueniatur compositus. Et quia iterum ipsa cōiectā est sūmū esse, non accipit esse per supposita, in q̄b. est vnde per unum & idem esse est in cōiectā, & in eo cui communicatur. & sic manet eadem fīm numerum in utroque. Huius autem cōiectātis exemplum in operatione intellectus congruentis siue inueniatur. Nam ipsa diuina natura spiritualis est: unde per exempla spiritualia melius manifesta. Cum enim alicuius rei extra animā per se subsistentis noster intellectus concipit quidditatem, sit quādām cōiectāre rei quae per se existit, prout à re exteriori intellectus noster eius formam aliquo modo recipit, quē quidem formā intelligibilis, in intellectu nostro existens, aliquo modo à re exteriori progreditur. Sed quia res exterior diuerſa à natura intelligenti est: aliud est esse formā intellectu comprehensa, & rei per se subsistentis. Cum uero intellectus nō sūmūs quiditatem conceptus, utrumque seruat, quia uidelicet & ipsa forma intellectu ab intelligenti in intellectu aliquo modo progreditur, cum intellectus eam format, & unitas quadam seruat inter formam concepcionis, quae progreditur, & rem unde progreditur, quia utrumque habet intelligibile esse, nam unum est intellectus, & aliud est intelligibilis forma, quae dī uerbum intellectus. Quia tñ intellectus nō non est fīm suam essentiam in actu perfecto intellectuā latitatis, nec idem est intellectus hominis, quod humana natura, sequitur q̄ uerbum prædictum & si sit in intellectu, & ei quodammodo conforme, non tñ sit idem quod ipsa essentia intellectus, sed eius expressa similitudo. Nec iterum in conceptione huiusmodi forma intelligibilis, natura humana cōiceatur, ut generatio p̄prī dicī possit, q̄ cōiectātē natura ī importat. Sicut autem in nostro intellectu sc̄psūm intelligentē inueniatur quoddam uerbum progrediens, eius à quo progreditur similitudinē gerens, ita & in diuinis inueniatur uerbum similitudinē eius à quo progreditur habēs.

In corp. ar. Cuius processio in duob. uerbi nostri processione superat, primo in hoc, quod uerbum nostrum est diuersum ab essentia intellectus, ut dictum est: intellectus vero diuinus, qui in perfecto actu intellectuā latitatis est fīm suam essentiam, non potest aliquam formam intelligibilem recipere, quae nō sit sua essentia. Vnde uerbum eius unius essentiae cū ipso est, & iterum ipsa diuina natura eius intellectuā esset. Et sic communicatio, quae fit per modum intelligibilem, est etiam per modum naturae, ut generatio dicī possit, in quo secundo processione uerbi nostri Dei uerbum excedit. Et hunc modum generationis Augustinus assignat in libro de trinitate. Quia uero de diuinis loquimur secū

Cap. 14. 15.
22.

dum modum nostrum: quem intellectus noster caput ex rebus inferioribus, ex quibus scientia sumit: ideo sicut in rebus inferioribus cuicunque attribuitur actio, attribuitur aliquod actionis principium, quod potentia nominatur: & in diuinis, quamvis in Deo non sit differentia potentiae & actionis, sicut in rebus creatis. Et propter hoc generatione in Deo posita, quae per modum actionis significatur, oportet ibi concedere potentiam gerendandi, uel potentiam generatiū.

AD PRIMVM ergo dicendum quod potentia, quae in Deo ponitur, nec dī proprie actiua, nec passiva est, cum in ipso non sit nec prædicamentum actionis, nec passionis: sed sua actio est sua substantia: sed ibi est potentia per modum potentiae actiuae significata. Nec tamen oportet quod filius sit actus uel factus, sicut nec oportet quod proprie sit ibi actio uel passio.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ cum recipere terminetur ad habere, sicut ad finē, dupliciter dī aliquid esse recipiens, sicut dupliciter est habens. Habet enim uno modo materia formam suam, & subiectum accidentis, uel qualitercunq; habitū est extra essentiam habens. Habet autem alio modo suppositum naturam, ut hic homo humanitatē, quae quidem non est extra essentiam habens, immo est eius essentia. Sortes enim est uere id quod homo est. Genitus ergo in humanis etiam non recipit formam generantis, sicut materia formam uel sicut subiectum accidentis, sed sicut suppositū vel hypostasis habet naturam speciei: & similiter est in diuinis. Vnde non oportet quod sit in Deo genito aliqua materia vel subiectum naturae diuinæ, sed quod ipse filius subsistens sit qui naturam diuinam habeat.

AD TERTIVM dicendum, q̄ Deus genitus non distinguuntur à Deo generante p̄ aliquā essentiam additā, cum sicut dictum est, nō requiratur aliqua materia iā quā recipiatur natura diuina. Distinguuntur autem per ipsam relationem, que est ab alio hīc naturam, ita q̄ in filio ipsa relatio filiationis tenet locum omnium principiorum individuantium in reb. creatis. Propter quod dicitur proprietas personalis. Ipsa autem natura diuina tenet locum naturae speciei. Quia tñ ipsa relatio secundum rem à natura diuina non differt, non sit ibi aliqua compositione, sicut apud nos, ex principio speciei & ex individuantib. quādām compositio relinquitur.

AD QUARTVM dicendum, q̄ rō illa procedit, qn̄ potentia illa ab actu differt: siue sit cōiuncta actu siue non. hoc autem non habet locum in diuinis.

Et sic pater solutio ad 5.

AD SEXTVM dicendum, q̄ omne illud, quod est principium actionis ut quo agitur, habet potentiam rationem: siue sit essentia, siue aliquod accidentis medium, puta qualitas quadam inter essentiā & actionem. In creaturis tamē corporalibus, uel uix uel nunquam inueniatur aliqua actio alicuius naturae substantialis: nisi mediante aliquo accidente. Sol enim mediante luce qua in ipso est illuminat. Quia uero anima uiuiscat corpus, est per essentiam animae. Sed uiuiscare licet per modum actionis dicatur, non tamen est in genere actionis, cum sit actus primus, magis quādām secundus.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ in creaturis nō potest esse generatio, sine divisione essentiae uel naturae fīm esse, cū natura non sit suum esse, & ideo iā creaturis est generatio cū aliqua indigentia. Et p̄ hoc in creaturis nobilioribus nō competit generatio. Sed in

Sed in Deo potest esse generatio huiusmodi, sine huiusmodi, uel alia imperfectione, & ideo nihil prohibet generationem ibi ponere.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ illa ratio procedit de generatione materiali. vnde ad propositum, locum non habet.

AD NONVM dicendum, quod illud quod est obiectum potentie actionis uel passione, cuius actionis uel passio est cum motu, oportet esse possibile, & contingens: cum omne mobile huiusmodi sit. Talis autem non est potentia generativa in Deo, ut dictum est: unde ratio non sequitur.

In corp. 2.
& ad 1. & 7.
argum.

AD x. dicendum, q̄ filius Dei non se habet ad potentiam generativa, sicut effectus, cum cum genitum, non factum, confiteatur. Si tamen esse effectus, potentia generantis non finiretur ad ipsum, quamvis aliis generari filius non possit: quia ipse infinitus est. Quia autem alias filii in diuinis esse non potest, cotinet, quia ipsa filiatio est proprietas personalis ipsius, & hoc quo, ut ita dicā, individuat. Cuilibet autem individuo, principia individuantia sunt soli sibi: alias sequeretur, quod persona uel individuum esset communicabile ratione.

AD xi. dicendum, q̄ uerbum illud Auic. intelligenda est, quando id quo recipitur ab alio: non idem numero est in recipiente, & dante: sicut accedit in creaturis respectu Dei. Vnde omne receptum in creatura, est quasi unanitas respectu esse diuinum: quia creatura non potest esse recipere secundum illam perfectionem, qua in Deo est: sed filius in diuinis accipit a patre eandem naturam numero, quā pater habet: & ideo non procedit.

AD xii. dicendum, quod filius non habet aliquod realiter diuinum ab essentia quam a parte recipit: sed hoc ipsum, quod a patre recipit, oportet in ipso esse relationem, qua ad patrem referatur: & per quā ab eo distinguitur. Ista tamen relatio realiter ab essentiā non differt.

AD xiii. dicendum, quod licet eadem natura sit in parte & filio, est tamen secundum aliū modū existendi, scilicet cum alia relatione. Et ideo non oportet, quod quicquid conueniat patri per naturam suam, conueniat filio.

AD xiv. dicendum, quod creatura, per hoc q̄ participant naturam speciei, pertingunt ad diuinā similitudinem: unde, quod aliquod suppositū creatum subsistat in natura creata, est ordinatum ad alterum tamquam ad finem. Et ideo ex quo sufficienter perueniunt ad finem per unum individuum, secundum perfectam, & propriam participationem naturae speciei, non oportet aliud individuum in illa natura subsistere. Sed natura diuina est finis, & non appetit aliū finē. Fini autem congruit, ut cōcētetur secundum omnem possibilem modū. Vnde quāvis ibi in uno supposito perfecte, & proprie inueniatur, nihil prohibet quin etiam inueniatur in alio.

AD xv. dicendum, quod generatio est species mutationis ex parte illa, qua natura per generationem cōmunicata recipitur in aliqua materia, que est mutationis subiectum. Hoc autem non accedit in diuīna generatione. Ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

Vtrum potentia generativa in diuinis dicatur essentialiter, uel notionaliter.

Secundo queritur. Vtrum potentia generativa in diuinis dicatur essentialiter, uel notionaliter. Et uidetur, quod notionaliter tantum. Potentia enim rationem principii habet, ut pater per dissimilations

A positis. 5. Metap. sed principium in diuinis respectu diuina personae, notionaliter dicitur. Cum ergo potentia generandi hoc modo principium importet, uidetur, quod notionaliter dicitur. Sed dicitur quod significat simul essentiam, & notionem.

¶ 2. Sed contra. In diuinis, secundum Boe. sunt hec duo prædicamenta, substantia, ad quam pertinet essentia: & ad aliud, ad quod pertinent notionalia. Non potest autem aliud esse in duobus prædicamentis, quia hoc albus non est aliud unum, nisi per accidens, ut habetur 5. Metaph. ergo potentia generandi non potest in sua ratione utrumque complecti, scilicet, substantiam, & notionem.

¶ 3. Præt. Principium in diuinis distinguunt ab eo, cuius est principium. Sed essentia non debet distinguiri: ergo non competit ei ratio principii. & non potest, quia rationem principii includit, non significat essentiam.

¶ 4. Præt. In diuinis, quod est proprium, est relatum, & notionale: quod uero est cōsiderabile, est essentiale & absolute. Potentia aut generandi non est cōsiderabile & filio, sed propria patris: ergo dicitur relativa, sive notionaliter, non essentialiter, nec absolute.

¶ 5. Præt. Propriae actionis est principiū propriæ formæ non communis, sicut homo per intellectū intelligit. Nam hec actio est sibi propria respectu animalium aliorum, sicut & forma rationalitatis sive intellectualitatis. Sed generatio est propriæ operatio patris in quantum est pater: ergo eius principium est paternitas, quæ est propria forma patris, & non deitas, quæ est forma communis. Paternitas uero ad aliud dicitur: ergo potentia generandi non solum quātum ad rationem principij, sed etiam quātum ad id quod est principium, dicitur ad aliud.

¶ 6. Præt. Sicut potentia generandi realiter ab essentia diuinā non differt, ita nec est paternitas: sed hoc non obstante paternitas dicitur tantum ad aliud, ergo nec propter hoc debet dici, quod potentia generandi, cum relatione significat essentiam.

¶ 7. Præt. In diuinis tria invenimus, quæ rōnē principiū habent, scilicet, potentiam, & scientiam, & voluntatem, quæ essentialiter dicitur in Deo: sed sciētia, & uoluntas non simul significantur cum aliqua relatione uel notione in diuinis: ergo pari ratione nec potentia. Et sic non potest dici, quod potentia generandi significat simul essentiam ex parte potentie, & notione ex parte generationis, sed uidetur quod significat tantum notione per rationes inducetas.

SED CONTRA est, quod Magister dicit 7. dicit, primi sententiarum, quod potentia generandi in parte est ipsa diuina essentia.

¶ 2. Præt. Hil. dicit, quod pater generat virtutem naturae diuinæ: ergo ipsa natura est generationis principium: & sic rationem potentie haberet.

¶ 3. Præt. Dam. dicit, quod generatio est opus naturae existens: & sic idem quod prius.

¶ 4. Præt. In diuinis est tantum una potentia. Sed potentia creandi dicitur essentialis, ergo & potentia generandi.

RESPON. dicens, q̄ circa hoc est multiplex opinio. Quidam n. dixerūt, q̄ potentia generandi in diuinis dicitur ad aliud. Et mouebantur hac ratione. Quia potentia secundum suā rōnem est principiū quādā: principiū autē relativa dicitur, & est notionale, si referatur ad diuinā potentia, & non ad creaturas. Sed in hac ratione uidetur fuisse decepti propter duo. Primo, d' quia licet potentia cōueniat rō principiū, quod in genere relationis est, tamen id, quod

tex. 17.

In li. de Tr.

Lib. 1. diff. 7.

Ex li. de sy-

nodis a me

dio illius, &

per totū li.

Lib. 2. c. 4. 7. li.

1. c. 5.

D. 200.